



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Alexander M. 13. Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

13. Maii. VITÆ SANCTORUM. 305  
imitetur. Improbum hominem, nudum  
corpus inspicere tentantem, calce à se  
repulit, verecundiæ etiam post mortem  
retinens, quæ hodie ferè omnium virtu-  
tum prima moritur. Ex Metaphr.

*Aversum ab omni voluptate mundi oportet esse animum, nunquam desinente corpus titillare noxiis illecebribus, quas experimento constat appropinquantis demonis esse ante ambulones, quos tamen, si mens sobria Dei memoriam nunquam deposuerit, nullo negotio prosteruemus. Ex Testamento S. Epiphan.*

S. ALEXANDER M. 13. Maii.

**N**os, quâ te voce possumus, Christiane miles excitamus; ALEXANDRUM enim ad certamen profide subeundum Angelus animavit, & adversus Maximiani tormenta invictum præstítit. Sed & Pæmenia mater raro in feminâ exemplo, cælesti hortarori succinuit, ex Italâ in Thraciam abducti, & iter omne suo sanguine nobilitantis filii comes. Præconio illius ad illustriora passim tribunalia Christum prædicantis, quidquid inter Italiam Asiamque interest, revixit, & relanguefcentes Christianorum animos fortissimi juvenis sanguis ad pares ausus accendit. Diti pulchrius hominibus Angelisque spectaculum præbitum non fuerat, neque contineri

V

vcl

306 VITÆ SANCTORUM. 13. Maii.  
vel hi vel illi potuere quin identidem aplauderent certanti. Omnia passum,  
quæ Tiberiano Präsidio furoris inge-  
nium dictavit, caput à Cœlestino car-  
nifice abscissum est; sed ferrum strin-  
gere non ante auso, quam Angeli  
beati Martyris satellites, ipsomet de-  
precante; paulo longius ab ejus latere  
secederent. Corpus in flumen proje-  
ctum canes extraxere; bini ex iis matri  
obviam progressi nobilis thesauri indi-  
cium fecerunt. Functam ultimo pietate  
officio de cœlo filius est allocutus parata  
mercedis sponsor. Dolendum ALEX-  
ANDRI hujus verè magni virtutibus pa-  
rem scriptorem non obtigisse, sed illud  
amplius, tam paucos habere imitatores.  
*Ex Metaphr.*

Cism fallax hujus mundi felicitas tot  
calamitatibus sit obnoxia, cum potentia  
temporalis tot casibus varianda subjaceat,  
Et rerum ordo sece velut scenicae vertiginis  
alternitate confundat, quis sanæ mentis a  
rebus tñ frivolis tanque fugacibus animum  
non avertat? S. Pet. Dam. lib. 7. ep. 5.

S. IOANNES SILENTIARIUS.  
13. Maii.

D Iceres idem jam esse Ioannem &  
M A R I a matorem. Certè talis ille  
fuit IOANNES, qui à taciturnitate no-  
men habet. Etenim magnarum opum  
hæres